



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Patriarcha.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

nam iuuet celebrando quotannis anniuersarium cum Missa pro eo. Pro. 6. V. Baptismus num. 2. 10. Cleri conuentus n. 2. 15. 18. 19. Concio sacra nu. 5. 6. 54. & seqq. Confessarius. num. 4. 5. Confraternitates n. 12. 38. & seqq. Eucharistia. nu. 4. & seqq. Exequia. nu. 14. & seqq. Matrimony celebratio per totum. Missa. num. 15. 60. Monialium cura spiritualis. numer. 10. 31. Oratio publica. num. 22. 24. Oratorium. n. 7. Ordo. num. 24. Pestis. num. 1. 2. 8. Prædentia. num. 14. Quadragesima. numer. 5. Synodus Diocesana numer. 13. 15. V. sira num. 17.

## ADDITIO.

- 1 Non censetur approbatus Parochus per tota ciuitate, & Diocesi, decifum referunt *Piafec. in praxi Episcop. part 2. cap. 1. num. 10. & Barbof. de pot. Episc. alleg. 25. num. 8.*
- 2 Parochus cathedralis Ecclesie non potest ministrare Sacramenta in aliena Parochia. *Congr. 20. Sept. 1628.*
- 3 Parochus secularis audiens confessiones tenetur deserre superpelliceam, & stolam. *Congreg. Episcop. 8. Nouembris 1588.*
- 4 Parochus seclusa Episcopi reservatione, potest dare simplici Sacerdoti licentiam administrandi Sacramenta, excepto Pœnitentiæ. *Congreg. Episc. 20. Aug. 602.*
- 5 Neque sine causa debet ei Episcopus hoc idem prohibere. *e ad. ibid.*
- 6 Non potest Episcopus cogere Parochum, ut subministret necessaria præsbyteris uolentibus celebrare in Parochiali. *Congr. Rituum 10. Iunij 1602.*

## Patriarcha.

- 1 Patriarchæ sunt quatuor propriè, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, & hic eorum ordo Sylu. V. Patriarcha.
- 2 Alij propriè sunt Primates, ut Aquilensis, Gradensis, & huiusmodi. *idē ibi.*
- 3 Conferunt Metropolitanis suis palliū. *idem ibid.*
- 4 Faciunt ante se ubique crucem deferri, nisi in Vrbe, & ubi est Papa, vel Le-

gatus eius utens insignijs Papalibus, quæ enumerat Sylu. *ibid.*

- 5 Crux autem geminum lignum tranfuerfarium habet, cuius superius est breuius, inferius longius. DD. citat. à Barbof. *de potest. Episcop. tit. 3. nu. 25.*
- 6 Prædicta priuilegia non competunt alijs minus propriè Patriarchis, sed quatuor tantum supra relatis. DD. apud Barbof. *loco cit. num. 37. V. subsidium caritat. num. 1.*
- 7 Non potest tamen solemniter benedicere, nisi intra Diocesim, non extra eam. Syll. *supra.*
- 8 De eorum iurisdictione in Archiepiscopus. Syll. *supra.*
- 9 Patriarcha habens aliquas Ecclesias immediatè sibi subiectas in aliena Diocesi, non potest dare licentiam Pontificalium in ijs, sine consensu Episcopi Diocesis, decifum refert Riccius *in praxi fori post resol. 495. in not. ab. de mat. Episcop.*

## Pensio.

- 1 Non potest Episcopus per resignationem reseruare alicui pensionem; quia resignationes in fauorem sunt prohibita; per Bullam Pij V.
- 2 Potest autem, ex causa permutationis, ut ea sit æqualis. Bulla Pij V. *cit. à Leon. in Thesaur. fori par. 2. cap. 7. nu. 17.*
- 3 Potest Episcopus ex iusta causa, puta pro bono pacis, vel studio scholaris pauperis, vel in utilitatem Ecclesie reseruare pensionem, & imponere. DD. cū Rot. apud Barbof. *all. 69. nu. 15.*
- 4 Item in collatione beneficiorum per obitum vacantium, & ad Episcopi collationem spectantium. Leo *supra n. 29.*
- 5 Non tamen super quotidianis distributionibus; nec excedat tertiam partē fructuum beneficij, *idem ibid. n. 30.*
- 6 Omnino non excedat medietatem veri valoris beneficij. Urban. VIII. 24. Ianuarij 1624. \*
- 7 Etas septem annorum sufficit ad pensionem. Ricc. *in praxi resol. 367. in 2. edit.*
- 8 Obligatur Pensionarius ad Horas paruas B. Virginis. Pius V. An. 1571.
- 9 Sub pœnis, quas diximus supra.